dux requirenduſ fuit· quem ſequerentur omnſ· Quis tantus eſſet dux
qui praeeſſet omnibus· niſi ille qui ſuper omnſ eſt· Quis me ſuper mundum con
ſtitueret· niſi qui maior eſt mundo· Quis tantus eſſet dux· qui poſſet
maſculum et feminam· iudeum et grecum· barbarum et ſcitam· ſeruum et
liberum· uno regere ductu· niſi ſoluſ qui eſt omnia et in omnibus chriſtus·
Multi enim laquei quacumque progredimur· Laquei in corpore· laquei in
lege· laquei in pinniſ templorum· in crepidinibus parietum ten
duntur a diabolo· laquei in philoſophiſ· laquei in cupiditatibus·
Oculuſ enim meretricis· laqueuſ peccatoriſ· Laqueuſ in pecuni
a· laqueus in religione· laqueus in ſtudio caſtitatiſ· Exiguiſ
enim momentiſ· menſ inclinatur humana· et huc atque illuc peruerſi
tate ſuadentiſ frequenter impellitur· Videt aliquem diaboluſ reli
gioſum uirum· deo uenerabiliter deferentem· et quod ſacroſanctum eſt chriſti
maieſtatem nullius capacem iniurie· in ipſa eum religione ſupplan
tat· ut faciat non credere quod dei filius uere hanc noſtram ſuſceperit
carnem· hoc noſtrum corpus hanc noſtrorum menbrorum fragilitatem·
cum utique paſſio corpiſ fuerit· diuinitaſ exorſ iniurie man
ſerit· ita de religione fit culpa· Omniſ enim qui negat iheſum chriſtum
in carne ueniſſe· de deo non eſt· Videt integrum et illibatum caſtimo
nie uirum· ſuadet ut nuptiaſ damnet quo eiciatur ab eccleſia et
ſtudio caſtitatiſ· a caſto corpore ſeparetur· Audiuit aliuſ quod unus
deus ex quo omnia· adorat atque ueneratur· inſidiatur ei diabolus· clau
dit aureſ ne audiat quod unus deus per quem omnia· Ita nimia pietate
impium eſſe compellit· ut dum patrem a filio ſeparat· patrem filiumque confundat·
et perſonam unam putet eſſe non poteſtatem· Itaque dum menſuram fidei neſcit·
perfidie incurrit erumnam· Quomodo ergo hoſ laqueoſ euitabimus·
ut poſſimus et noſ dicere· anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo
uenantium· laqueus contritus eſt et noſ liberati ſumuſ· Non dicit
ego contriui laqueum· non auſuſ eſt hoc dicere dauid· ſed adiutorium noſtrum
in nomine domini· ut oſtenderet unde laqueus ſolueretur· ut p

Licenza: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 166(413), p. 97 – Ambrosius ‹Mediolanensis›, Expositio Evangelii secundum Lucam (http://www.e-codices.ch/it/sbe/0166/97)